

valet consequentia. Sic licet actiones, sensus, & professio fidei, spei, & charitatis saepe interrumptur: ipsi tamen habitus perpetuò manent sine intercisione.

XVI. Positâ fide salvificâ ponitur & spes. Nam tres illæ virtutes theologicæ, fides, Spes, & Charitas individuo nexu cohærent i. Cor. 13. v. ult. Coloss 1 v. 4 s. Itaq; cùm reciprocantur inter se, argumentum à fidie ad spem, à spe ad fidem, à fide ad charitatem, à charitate ad fidem, à spe ad charitatem, à charitate ad spem, est omni exceptione majus; ita nempe ut unâ positâ vel sublatâ ponatur vel tollatur altera.

## C A P U T   XXV.

### De Iustificatione.

I. **A** Iustificatione legali ad Evangelicam, & contrà, non valet conclusio. Illâ si quidem post lapsum nemo justificatur, hâc verò omnis Christianus verâ fide prædictus justificatur Rom 3 v. 20. 26 30.

II. **A** Iustificatione, qua fit coram hominibus, ad iustificationem, qua fit coram Deo, non procedit argumētum. Ratio est; quia coram Deo justificamur solâ fide Rom 3. coram hominibus, operibus. Iacob. 2.

III. **A** Iustificatione ad electionem, vocationem, sanctificationem, & glorificationem valet consequentia, & vice ssim à singulis ad singulas,

no ad secundum  
n valet con-  
est esse secundum  
& omnia ibi  
secundo, il-  
con negat  
fit ad tem-  
inali em non  
ore est con-  
24. poste.  
itur evill.  
er suasionis  
atio salutis  
I. v. 12. 33.  
et ad sta-  
nitur fida.  
Est enim  
8. 38. Ni-  
sus fido.  
, quicik  
m perser-  
dem est illi-  
arc. 16. 16.

professionem  
ruptū non  
vali